

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Urkunden und Stadtrechte bis zum Jahr 1266

Wiegand, Wilhelm

Straßburg, 1879

1243 - 1244

[urn:nbn:de:bsz:31-326693](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326693)

283. *Domprobst Arnold und Domcustos Heinrich von Straßburg beurkunden, daß Meister Marsilius und Bruder Baldemar vom Hof der Templer zu Baumgarten auf ihre Ansprüche an die Bürger Straßburgs, die Beschädigung dieses Hofes betreffend, verzichtet haben. 1243 December 6 Straßburg in der bischöflichen Pfalz.*

5 A[rnoldus] prepositus et H[einricus] custos majoris ecclesie Argentinensis notum facimus omnibus presens scriptum inspecturis testimonium veritati perhibentes, quod fratres templarii de curia Bömgart, scilicet frater Marsilius magister et frater Baldemarus, omnem actionem, quam erga cives Argentinenses pro dampnis eis in eadem curia a predictis civibus illatis habuerunt, pure et libere remiserunt. in
10 hujus rei memoriam presentem paginam sigillis nostris fecimus communiri. acta sunt hec apud Argentinam in palatio episcopi anno incarnationis domini 1243, festo Nicolai, presentibus hiis testibus: videlicet Gozperto magistro civium, Erbone juniore, Rudolfo de Vegersheim, Friderico inter mercatores, Friderico de Hagenowe, Rüdolfo filio Lentzelini, Heinricho filio Marsilii et aliis quam pluribus.

15 *S aus Straßb. St. A. Briefbuch A fol. 51^b mit der Ueberschrift: daz die von Bömgarten verzigent uf den schaden, der in von den burgern von Strazburg an demselben weinhofe geschach.*

Gedruckt bei Strobel Vaterl. Gesch. d. Els. I, 520 not. 2 ohne nähere Quellenangabe.

284. *Geleitsbrief der Straßburger Gemeinde für Boten der Straßburger St. Martinskirche, die Beiträge zur Erweiterung und zum Neubau derselben sammeln sollen. 1243.*

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, consules et universitas civium Argentinensium salutem cum obsequio voluntario. testimonium perhibemus veritati, quod latores presentium veri nuntii sunt ecclesie sancti Martini
25 in Argentina, ad quam ampliandam et reedificandam necessarium est, ut elemosinas vestras porrigatis, quia multe sanctorum reliquie in eadem ecclesia sunt recondite. rogamus igitur et affectuose monemus vestram dilectionem, quatenus latores presentium benigne et honeste recipiatis elemosinas vestras per ipsos ad opus beati Martini, prout deus vobis inspiraverit, transmittentes, ut proinde mercedem con-
30 dignam apud deum recipiatis et nos apud vos teneamur promereri scituri, quod nos bona et mala latoribus presentium nuntiis beati Martini illata nobis reputabimus. datum anno domini 1243.

S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 23^b nr. 7 or. mb. c. sig. pend. laeso.

35 285. Berhtoldus episcopus Argentinensis capitulo Argentinensi, quod bona in Cellesheim sita, que Heinrichus advocatus episcopalis in Bernstein possedit pro annuo censu unius vini ame annuatim in cena domini capitulo persolvende, ipsi dederat, in concambium bona in Kolbotesheim, in Tabecheinstein et in Mollesheim sita, que Conradus coquus suus habebat, concedit. «quod dilecti in.» actum apud